



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Transsumpt Römischer Kay. May. vnsers aller gnedigsten  
herren Schütz vnnd Schirmbrieff zu handthabung vnser  
alter wahrer Christlicher vnd Catholischer Religion dem  
hohen Thumbstift/ sambt allgemeiner ...**

**Karl <V., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>**

**[Köln], [1545]**

**VD16 D 1128**

Qvibus omnibus & singulis tanquam ritè & legitimè factis nostram  
ordinariam auctoritatem pariter ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35063**

**QVIBVS** omnibus & singulis tanquam rite & legitime factis  
nostram ordinariam auctoritatem pariter & de-  
cretum nostrum interponendum duximus, prout interponimus per praesentes.

**IN QVORVM** omnium & singulorum fidem &  
testimonium praemissorum praesentes literas, siue praesens publicum transumpti instrumentum exinde fieri, & per praefatum Crathonem Notarium & Sententiarium subscribi, sigilliq; maioris Officialatus dictae Curiae appensione fecimus communiri. Datum & actum Coloniae in domo siue curia habitationis nostrae infra emunitatem Ecclesiae Collegatae sancti Cuniberti Colonien. sita, Anno domini Millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, Indictione tertia, die uero Veneris, decima septima mensis Iulij, hora prima uel circiter a meridie, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Pauli, diuina prouidentia Papae tertij anno undecimo. Praesentibus ibidem discretis uiris magistris Hermanno Topp de Vuerlis, & Christophoro molitoris de Paderbornis familiari nostro, Clericis Coloniensis & Paderbornensis Diocesis, testibus ad praemissa uocatis atque rogatis.

Et quia ego Cratho de Leyten de Vuetter, Clericus Coloniensis Diocesis, publicus sacris Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, ac in Curia Coloniensi Sententarius, praemissis omnibus & singulis, dum sic, ut praemittitur, coram uenerabili & egregio uiro domino Officiali eiusdem Curiae, & per eum fierent & agerentur, una cum praenominatis testibus interfui, eaq; omnia & singula sic fieri ui & audiui, ideo hoc praesens publicum instrumentum, manu alterius fideliter scriptum, exinde extraxi, confeci, subscripsi, publicauit, & in hanc publicam transumpti formam de mandato praefati domini Officialis mihi de super facto redegei, signoq; & nomine meis solitis & consuetis, una cum sigilli maioris Officialatus dictae Curiae appensione signaui in fidem & testimonium omnium & singulorum praemissorum.